



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Casus quibus Confessio nulla est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

cōsensus, vel vult quis se in ijs oblectare, licet non velit facere. In quas cogitationes solent incidere homines vitiosi, & qui inordinatè amant aliquas creaturas.

VI Admonitio.

Caveat, ne quenquam in confessione infamet, & idcirco nunquam debet nominare personam cū qua peccavit.

VII Admonitio.

Non excuset sua peccata, vel nimium amplifcet, nec dubia provertis, aut certa pro dubijs dicat.

VIII Admonitio.

Magnum studium adhibeat in quærendo bono Medico pro anima sua, sicut qui æger esset, quæreret pro corpore: eoq; maius, quò anima corpore præstantior est. Quærerere enim Confessarium rudem & simplicem, est quærerere ducem certum ad infernum.

CASVS, QUIBVS CONFESSIO
nulba est.

1. Quando ex pudore, vel malitia peccatum mortale reticetur.
2. Quando in Confessione dicitur mendacium in materia graui, & peccati mortalis, quæque sciebatur talis esse.
3. Si peccatū mortale prætermittatur, ob antegressā negligentē præparationē.

H 7

4. Si

4. Si non habeat propositum abstinēdi ab aliquo peccato mortali.
5. Si sit excommunicatus, nec curet se prius absolui.
6. Quando, dum habet res magni momenti, eligit Confessarium iudem, carum rerum ignarum.

*MODI VARIORUM ORATIONEM
Dominicam cum deuotione recitandi.*

PRIMVS.

Accommodatè ad Dei beneficia.

PATER NOSTER.

O Pater, qui me nondum in reuoluita natura existentem, summi boni capacem condidisti, licet scires quam ingratus essem futurus: deinde iam perditum, sanguine & vtraque dilectissimi filij tui redemisti, quid pro talibus, tantisque beneficijs, quibus super me miserum creaturam pluisti, rependam?

QUIES IN COELIS.

Pro me coelos condidisti, in quibus & continenter meum aduentum expectas. Vt autem hæres coelorum esse, filium tuum in terram venire voluisti, ibique